



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

35. Dominica 4. Epiphan. Quæ tentationes impetant incipientes servir
Deo, & quidem de segnitie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Spiritus S. repleta extra numerum eorum est, de quibus ait Apost. *Sic stulti estis, ut vñm spiritu experitis, carne consummami.* ad Gal. 3. Rogabo Deum, ut quidquid in me est ex Babylone, funditus evertat, accinentibus Angelis: *Cecidit, cecidit Babylon.* Apoc. 18.

MEDITATIO XXXV.

Dominica 4. Epiph.

*Quæ tentationes impetant incipientes
servire Deo, & quidem de segnitie.*

Aspiciam fluctuantem naviculam & in ea periclitantes. Petam intelligere primam in vitæ Christi cursu procellam.

Conf. 1. Unum ex primis periculis navigantibus ad portum salutis æternæ per viam purgativam esse malaciam, seu segnitie, cujus causa triplex est. 1. inscitia: quâ quis vitæ spiritualis sublimitatem non agnoscens, putat se minima aut nullâ diligentiam ejus apicem tenere posse, & ideo laborare non curat. Hanc tollam æstimatione perfectionis, & præmiorum, quæ cum immensum in sublimitate pondus habeant, non poterunt à jacentibus & otiosis, aut sine magno labore comprehendi.

Conf. 2. Alteram causam segnitiei esse falsam tranquillitatem ex tentationum defectu, quâ incipiens deposito pondere peccato-

peccato-

tatorum sibi jam, ut in portu collocato, nihil reliquum agendum esse existimat. Quam causam tollam deposita fiducia, & tranquillitate, ex doctrina S. Hieronymi ad Heliodorum: *Erras, frater, erras, si putas unquam Christianum persecutionem non pati.* Tunc maxime oppugnaris, si te oppugnari non sentias. Adversarius noster tanquam leo rugiens aliquem devorare quærens circumit, & tu pacem putas? 1. Pet. 5.

Conf. 3. Tertiam causam esse solere fictam quandam, vel non rectam conversionem, quâ quis v.g. seculum reliquit, non tam ut mores mutet, quàm ut alium preposterum finem assequatur. Hęc causa emendatur conversione denuo etiam in eodem statu, quem quis arripuit, ex desiderio sanctitatis incipiendo. Et hic est ille somnus hodiernus tempestatis causa: nam, juxta Bedam, dormit Dominus, cum negligentius agimus. Si, ut ait D. Cyrillus, non erat possibile perire existente cum eis omnipotente, ego Dominum in Venerabili sumendo hac malacia perire non potero fervens. Si corpus Domini fuit cervical divinitatis, juxta D. Hieron. offeram cor meum in cervical Domino.

MEDITATIO XXXVI.

Feria 2. Dominica 4. Epiph.
De nimio fervore.

Vide.